



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

DISPUTATIO IURIDICA  
**DE INTERDI-**  
**CTIS RECUPERANDAE**  
POSSESSIONIS, EX TIT. FF. ET C.  
DE VI ET VI ARMATA.

D. O. M. A  
PRAESIDIBVS CLARISS. ET CONSVL-  
TISS. VIRIS D. IOANNE MICHAELIS CRONEN-  
burgero, Dictatore, & D. Ioanne Hollandt, Fisco, SS.  
LL. Licent. in celeberrimo, inclytæ Colonienfis apud  
Vbios Academiae Iureconsultorum Colle-  
gio publico proposita à

**THEODORO TREKELIO**  
BREMENSI,

*Annorecuperata per Christum salutis M. D. XCIII.  
XXVIII. Ianuarij.*



COLONIAE AGRIPPINAE      Ii  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

## CONTINUATIO.

**V**m Interdicta, qua ad rem familiarem spectant, aut adipiscenda, aut Retinenda, aut Recuperanda sunt possessionis. (a) Et de duobus prioribus Interdictorum tractatibus Adipiscendae nempe & retinendae possessionis superioribus disputationibus satis superque actum sit, Sequitur ut nunc ultimo loco, de Interdicto unde vi quod Recuperanda possessionis est deinceps disputatio Instituat.

(a) l. 2. §. 1. & autem Interdicta ff. de Interdict. §. sequens diuisio Inst. de Interdict.

## THESIS I.

**C**um equissimum sit vi deiecto de possessione subuenire, (a) & non modo priuatum, sed etiam publicè interfit, vim coerceri, (b) Illi, qui de possessione sua, quam prius habuit, vi deiectus est, ad recuperandam eam, iudicio Criminali legibus Iulij publicorum & priuatorum. (c) Et civili Interdicto unde vi, à Pratore, nec non sacris constitutionibus, alijsq; remedijs succurritur. (d)

(a) l. 1. §. 1. ff. de vi & vi arm. (b) VVes. in parat. ff. h. t. num. 3. l. 1. 2. 3. & passim r. t. ff. ad l. Iul. de vi publ. (c) d. l. 1. §. ne quid autem h. t. l. 4. C. vnde vi. l. 12. in fin. ff. quod met. caus. (d) d. l. 1. in prin. & d. §. 2. h. t. l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi late VVes. in parat. ff. h. t. num. 4.

## II.

Legibus Iulij olim duplici criminali iudicio agebatur, (a) is namque qui congregatis & coadunatis hominibus armatis aliquem ex possessione deiecit l. Iulia de vi publica, cuius poena erat in Insulam deportatio, & omnium bonorum confiscatio. (b) Qui vero aliquem ex agro suo deiecit hominibus congregatis sine armis, l. Iulia de vi priuata, cuius poena erat, tertiae partis bonorum publicatio, omnisq; honoris & officij priuatio (c) conueniri poterat. Hodie & iure nouissimo deieciens aliquem de possessione, vel etiam quasi possessione vi armata, ex constit. Imp. Maximil. & Caroli V. incidit in poenam violatae pacis publicae quam vocamus den Landfrieden / cuius poena est quod ipso iure & ipso facto in bannum Imperij incidat. (d)

(a) r. tit. ad l. Iul. de vi pub. & de vi priu. VVes. in parat. ff. de vi & vi arm. nu. 4. (b) l. 3. in fin. ff. d. r. ad l. Iul. de vi publ. §. recuperandae Inst. de interd. §. Item lex Iulia de vi Iulij de publ. iud. vbi Myaf. & Schneid. in d. §. recuperandae nu. 4. l. qui dolo malo 10. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi l. peculiatu 7. ff. ad l. Iul. pecul. (c) l. 1. ff. ad l. Iul. de vi priu. d. §. recuperandae & d. §. Item lex Iulia de vi Schneid. d. loco. (d) Gail. lib. 1. de pace publ. c. 7. Et iate Schneid. in d. §. recuperandae nu. 9. & deinceps vsque ad num. 18. In constit. des Landfriedens / sub tit. peen der friedbrecher.

## III.

Ciuiliter ad recuperandam possessionem, agitur interdicto unde vi, de quo ait Prator, unde tu illum vi deiecisti, aut familia tua deiecit, de eo quaque ille tunc ibi habuit, tantummodo

nammodo intra annum post annum de eo quod ad eum peruenit iudicium dabo.

l. i. in princ. h. t.

### III.

Vim in hoc interdicto accipere oportet de vi atroci armata & expulsua, (a) que videlicet aslimatur, quod armis interuenientibus, possessor expellitur, siue ad armorum usum peruenerit, siue non, si tamen cum armis venerint, & deiecerint, vi armata deiecisse videntur. (b) Sed et si inermes venerant, si tamen in ipsa concertatione, qui inermes venerant, eo processerint, vt fusiles aut lapides sumerent vis armata facta erit. (c) Armorum enim appellatione omne id quo noceri potest, continetur. (d)

(a) l. i. §. hoc interdictum 3. & §. 43. ff. h. t. Duar. lib. 1. disput. anniuers. cap. 20. Mynf. d. §. recuperandæ Inst. de interd. (b) d. l. i. §. Idem Labco l. 3. §. qui armati ff. eod. Bart. post gl. in d. l. 3. §. armis deiectum (c) d. l. 3. §. plus dicitur 4. (d) d. §. armis deiectum, l. armatos 9. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. armorum 4. de verb. signif. §. recuperandæ Inst. de interd.

Hoc interdictum restitutorium est, (a) quod à Pratore conceditur cuiusque de possessione deiecto, vt protinus & ante omnia nulla interposita mora, sine vlla cunctatione. (b) restitutus, pristina possessionis iura, cum omni damno, quod ob id quod deiectus est, senserit, & omni causa quam habiturus, vel assecutus erat, si deiectus non esset, recuperet. (c)

(a) l. i. §. interdictorum quædam ff. de interd. l. i. §. rectissime & §. non solum autem & paf. h. t. §. recuperandæ Inst. de interd. & ibid. Mynf. Cuiac. in parat. ff. & C. h. t. num. (b) l. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. de vi, l. i. C. si per vim vel alio modo & c. Glof. & Bart. in d. l. si quis ad se fundum, c. i. de re restit. spol. (c) l. i. §. qui vi deiectus cum aliquot sequentibus ff. h. tit. d. l. si quis ad se fundum & ibi post Glof. Bart. C. ad l. Iul. de vi, l. si coloni, C. de agric. & censit. hb. a. c. nullus 2. q. 2. c. 1. & 2. c. in literis de rest. spol.

### VI.

Quod adeo verum est, vt etiam si in continenti probatio offeratur, non tamen exceptio proprietatis vel dominij opposita admittatur. (a) Imò etiam si de alia causa, vel crimine spoliatus conueniatur, (b) non tamen respondera cogitur, (c) antequam plenarie, etiam ratione omnium fructuum Accessoriorum & interesse sit restitutus. (d)

(a) l. si quis ad se fundum vbi Glof. & Bart. num. 2. C. ad l. Iul. de vi, l. i. C. si per vim vel alio modo & c. ibi sine vlla cunctatione restituant, c. i. & c. in literis & ibid. Glof. de restit. spol. lat. in l. quamuis, C. de edict. D. Adr. toll. Menoch. h. tract. Rem. i. quest. 21. & c. lites ras de rest. spol. (b) Bart. in d. l. si quis ad se fundum, num. 2. & nu. 7. late Menoch. h. tract. Rem. i. quest. 30. c. item cum quis 6 de restit. spol. (c) tex. in c. fin. ext. de ord. cogn. c. conu. querente de restit. spol. Gaill. lib. 2. obs. 75. num. 5. Specul. tit. de citat. §. 1. num. 11. (d) l. si de possessione 4. C. vnde vi, l. videamus 2. §. & ideo ff. de vfur. §. si fundus §. quod autem §. nō solum, d. l. h. tit. c. grauis, & c. conu. querente de rest. spol. l. condemnatione, §. 1. de reg. iur. Menoch. in prælud. recup. poss. num. 4. & seq.

### VII.

Idque non tam in fauorem spoliati, quam in odium spoliantis à Pratore constitutum est. (a)

(a) Menoch. h. tractat. Rem. i. quest. 11. Corraf. lib. 2. Miscel. iur. cap. 2. ibi quia restitutio, non in titulo, aut iure petentis, sed in odio spoliantis fundatur, c. fin. de ord. cogn. c. in li-

ceris in fin. ibi secundum rigorem iuris restituendus, l. 1. §. interdictum hoc ff. h. t. Clem.  
vii. de caus. posses. & propr. ibi in spoliantis odium Schneid. in d. §. recuperandæ num. 33.  
Instit. de interd.

### VIII.

*Sed si spoliatus consentiat, litem super exceptione domini, vel proprietatis tractari, at-  
que ita in petitorio procedi: planum est illum ante omnia non restitui: (a) Idem iuris est  
si quidem non expresse consenserit, non tamen contra exceptionem proprietatis vel domi-  
ni oppositam replicauerit. (b)*

(a) c. 1. de restit. spol. ibi consentiente, Menoch. d. rem. recuper. 1. quæst. 15. (b) Bart. in l.  
si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi ita enim se habet replicatio ad exceptionem ut ex-  
ceptio ad actionem, l. 2. ff. de except. sicut ergo actio non excluditur nisi opponatur ex-  
ceptio, ita non debet excludi exceptio nisi proponatur replicatio, Bart. d. l. si quis ad se  
fundum, l. quoniam, C. de adulter. & t. tit. de replicat. in Instit. Menoch. d. rem. 1. quæst. 15.  
Dec. in l. in ambiguis 85. §. non est nouum num. 5. cum seqq. ff. de R. I.

### IX.

*Sed & si sponte renunciauit rei dominio antequam spoliaretur, (a) vel etiam iureiu-  
rando promisit, (b) spoliatorem non molestare, facta spoliatione interdicto vnde vi ad re-  
stituendam sibi possessionem agere non potest, (c) si tamen post spoliationem renunciatio  
non coram competente iudice, facta est, quia vi metûve compulsus renūtiasse presumitur,  
restitui ante omnia debet. (d)*

(a) c. solicite 2. vbi Abbas num. 7. de rest. spol. & in c. in literis num. 20. cod. l. si quis  
vi §. differentia de acquir. posses. (b) c. accepta cum seq. de restit. spol. Abb. in c. 2. cod.  
Zai in l. naturaliter §. nihil commune num. 55. (c) Menoch. d. rem. 1. recuper. quæst. 27 per  
superius alleg. (d) c. solicite 2. de restit. spol. Ripa in d. §. nihil commune nu. 55. verf. ex-  
tende Gabriel lib. 5. com. conclus. concl. 1. nu. 74. Menoch. d. rem. 1. quæst. 23.

### X.

*Nulli autem competit hoc interdictum, nisi ei, qui tunc cum deijceretur, possidebat, (a)  
sive ciuilitèr sive naturaliter, (b) si modo suo non etiam alieno nomine possideat. (c) Ideo-  
que si quis de domo vel agro suo processit, nemine suorum relicto, mox reuertens prohibitus  
sit ingredi ipsum fundum vel pradium, vel si quis eum in medio itinere detinuerit, & ipse  
possederit vi deiectus videtur. (d)*

(a) l. 1. §. non alij autem h. t. (b) l. 1. §. deijcitur, §. interdictum autem hoc, §. siue autem  
ff. cod. VVef. in parat. ff. h. t. Mynf. & Schneid. in §. recuperandæ, (c) l. 1. §. quod seruus h. t.  
Panorm. in c. 2. c. contingit de dolo & contum. (d) d. l. 1. §. siue autem cum dominus, l. co-  
lonus 12. h. t. Mynf. d. loco nu. 2. l. 6. §. qui ad nundinas ff. de acquir. poss.

### XI.

*Vnde sequitur, usufructuarium, (a) Emphyteutam, & feudatarium hoc interdicto re-  
stitui. (b) Colonum conductorem commodatarium & similes non item, (c) Illi enim nul-  
lo modo possident, sed saltem detentionem quandam, qua nuda facti est insistentia ha-  
bent. (d)*

(a) l. 3. §. vnde vi, & ibi Bart. h. t. naturaliter enim, possidet ut tradit Dd. in l. 1. & in l. na-  
turaliter in prin. vbi Iason nu. 15. & post Glos. Bart. de acquir. poss. Idem probat Bart. in l.  
3. §. ex contrario ff. cod. tit. & in l. 1. §. interdictum autem hoc ff. h. t. n. Et naturali possessio  
sori

fori hoc interdictum concedi dubium non est, l. 1. §. de iur. h. t. Menoch. d. Rem. 1. recuperanda §. 5. (b) Idem Menoch. d. rem. 1. quaest. 6. & 9. affirmant omnes in l. naturaliter de usufructu. ex l. sciendum §. 1. qui satisd. cog. qui enim perpetuam possidendi facultatem habet, naturaliter possidere dicitur in l. 3. C. de locat. praed. lib. 11. text. in c. 1. in fin. de noua form. fidel. (c) l. 1. §. quod seruus h. t. l. 1. C. de usufructu (d) Menoch. d. rem. 1. quaest. 4. l. possessori §. 5. quod si seruus, §. saltus hybernos, l. generaliter, de acquir. poss. d. l. 1. §. quod seruus h. tit.

## XII.

*Nec refert iuste vel iniuste, hoc est, vi clam vel precario ab eo qui vi deiecit, deiectus possideat, (a) cum etiam Prædoni spoliato contra quoscunque spoliatores. (b) Domino excepto quando prado est notorius, (c) multisq; alijs etiam notorie possessoribus hoc recuperanda possessorium indulgeatur. (d)*

(a) §. recuperanda vbi Myns. Instit. de interd. nu. 8. l. sed si vi 14. ff. h. tit. (b) l. 1. §. qui à me vi h. t. l. 1. §. si prado & l. bona fides, ff. de positi e in literis, vbi Panorm. nu. 10. & glo. in c. ad decimas de rest. spol. V. Ves. in parat. ff. h. t. n. 11. Coraf. lib. 2. miscel. iur. cap. 2. l. 1. §. denique Quod vi aut clam, Gail lib. 2. obs. 76. n. 8. (c) Menoch. d. rem. 1. quaest. 11. vbi testatur hanc esse communem, (d) Bart. & latè Iason in l. naturaliter, §. nihil commune nu. 43. cum multis seqq. ff. de acquir. poss. V. Ves. in parat. d. loco.

## XIII.

*Si vero prado vel spoliator confestim & in continenti repellatur, vel iterum deieciatur, quia possessionem vi ereptam vi recuperare & arma armis repellere, modo in continenti, & cum moderamine inculpata tutela, non etiam ex intervallo hoc fiat, concessum est: huic interdicto locus non est, in pristinam enim causam reuerti potius, qui possessionem vi ereptam, vi in ipso conflictu recuperat quam vi possidere intelligendus est. (a)*

(a) l. 1. §. vim vi l. 3. §. cum igitur vbi Bart. l. qui possessionem 17. ff. h. tit. Schneid. in d. §. recuperanda nu. 24. Inst. de interd. l. 1. vbi post Glof. Bart. nu. 7. C. vnde vi per l. vt vim de iust. & iur.

## XIV.

*Hinc ambigua satis oritur questio, liceatne violentum inuasorem pro defensione rerū suarum occidere? & cum unicuique liceat non solum personam, sed etiam res suas, cum moderamine tamen inculpata tutela defendere, si aliter res salua esse, vel aliter se ab iniuria tueri non poterat, violentum inuasorem permissum esse occidere tum Bartolo concludo. (a)*

(a) Bart. in l. 1. C. vnde vi per l. scientiam §. qui cum aliter & l. itaque ff. ad l. Aquil. l. furem ff. ad l. Corn. de sicarijs, l. vt vim vbi post Glof. Bart. num. 6. de iust. & iur. l. 1. §. vim vi l. 3. §. cum igitur ff. h. t. de vi & vi arm. cum metus mortis & metus perditionis bonorum equiparentur in l. pen. vbi Bart. ff. de condit. ob turp. caus. Glof. & Abbas in c. Abbas de his quæ vi met. caus. l. propter litem ff. de excus. tut.

## XV.

*Hoc interdictum conceditur tantum pro rebus immobilibus, hoc est, conceditur illis, qui de solo, vel re solo coherenti, deiciuntur, vtputa de fundo vel edificio. Ad res mobiles non pertinet, ideoque si quis de nauis deiectus est, vel de vehiculo detractus, huic interdicto locus non est. Consequenter tamen, si quæ res mobiles, tunc cum deiceretur in fundo, vel in*  
adibus

edibus unde quis deiectus est, fuerunt, etiam earum nomine, hoc interdictum competere non est ambigendum. (a)

(a) d. l. 1. §. hoc interdictum cum aliquot seqq. & §. quod autem ait prætor, §. rectissime l. 3. §. pertinet autem 15. vers. consequenter, & l. sed si vi ff. h. t. Zaf. in l. rem qua nobis nura. 9. de acquir. poss.

### XVI.

Si qua res amissa vel damnum tempore deiectionis datum fuerit, nec potuerit qui vim sustinuit singula qua perdidit liquido probare, violentia in iudicio probata, rerum amissarum valorem & æstimationem, taxatione iudicis præcisa, Actor iuramento suo manifestare & comprobare debet. (a)

(a) per l. si quando C. unde vi & ibid. Glof. & Bart. V Vef. in parat. ff. h. t. nu. 13. c. fin. de his qua vi met. caus. c. imprimis, §. gloriosus 2. q. 1. Iaf. in d. l. si quando in prin. Panorm. & can. in d. c. fin. Mynf. cent. 4. obs. 12. l. ne quid de incend. ruin. naufr.

### XVII.

An autem talis per iuramentum probatio, habeat etiam locum in herede spoliati, ita quod ipsi pariter iuramentum deferri possit, in vim probanda æstimationis rerum ablatarum dubitatur? & non posse deferri cum Mynf. defendo. (a)

(a) Mynf. cent. 4. obs. 12. l. ult. & penult. C. de in lit. iur. Bart. & Dd. in l. si quando C. unde vi l. 1. ff. quando ex facto tut. vel cur. & ibid. Bart. ubi dicit iuramentum in litem tantum deferri vim passo si ex proprio delicto quis conveniatur, secus si ex alieno, l. 7. ne quid & ibi Bart. ff. de incend. ruin. naufr. Et hanc sententiam frequentius in Camera obrinuisse testatur. Mynf. d. obs. 12. & communem testatur, Iaf. in d. l. si quando num. 37. & 43. l. vulgo 7. ff. de in litem iur.

### XVIII.

Sed & volente actore, vel si possessio reddi nequit, (a) si ad id quod ipsius interest possidere agat, (b) condemnatio tota in æstimationem, vel in id quod actoris interest possidere, concipi potest. (c)

(a) l. 1. §. rectissime, & §. quod autem h. t. & l. si vi met. 19. cod. (b) l. in interdicto 6. h. t. (c) d. l. 1. §. qui vi deiectus h. t. d. l. in interdicto 6. ubi post glo. Bart. h. t. V Vef. in parat. n. 13. cod.

### XIX.

Pro quasi, etiam, possessione rerum incorporalium hoc interdictum utile datur. (a) unde non levis oritur Altercatio, utrumne concedatur hoc interdictum, cum quis deiectus est à quasi possessione percipiendi annuam præstationem? At qui si præstatio sit realis concedenda in re civili crebrior, & quo ad interdictum unde vi verior est sententia. (b)

(a) Bart. in l. 3. §. unde vi h. t. Specul. tit. de rest. spol. §. nunc dicamus c. nullus & ibi glo. 2. q. 2. Glof. in c. cum inter ext. de except. V Vef. in parat. h. t. nu. 9. Maran. de ord. iud. dist. 7. nu. 23. (b) Bart. in l. 2. in fi. ff. quor. bon. Cyn. in l. si ut certis iuris q. ult. C. de pact. Ripa in l. 1. nu. 3. ff. quor. bon. Ang. Arct. Inst. de interd. in prin. colum. penult. & ult. Menoch. h. tract. rem. 1. quest. 3. nu. 87.

### XX.

In hoc interdicto quilibet etiam sine mandato agens admittitur si de possessione quam absen-



absenti nomine detinebat deiectus sit, (a) & serui, qui alioquin legitimam personam standi in iudicio non habent (b) ab hoc iudicio non arcentur. (c)

(a) l. i. C. si per vim vel alio modo &c. vbi Bart. (b) l. seruus C. de iud. l. quoties ff. si quis caut. iud. sist. cau. &c. (c) d. l. i. C. si per vim vel alio modo.

## XXI.

Interdicitur aduersus eum qui deiecit, (a) vel mandauit, (b) vel ratum habuit, (c) siue possideat, siue etiam sine dolo & culpa amiserit possessionem. (d)

(a) l. i. in prin. & §. vi possidere 28. l. cum a te vi 7. & l. vim facit ff. h. t. (b) tex in l. i. §. deiecit autem 12. l. si vi me 4. l. cum a te vi 7. & l. si vi me deieceris 15. ff. h. t. l. 4. §. 22. de usurp. & vsuc. l. semper qui non prohibet in fin. & l. hoc iure utimur, §. deiecit, ff. de reg. iur. (c) d. l. i. §. sed et si quod alius h. t. d. l. hoc iure §. fin. de reg. iur. (d) d. l. cum a te vi 7. & l. si vi me 15. ff. h. t. Menoch. d. rem recup. 1. quaest. 3.

## XXII.

Ex causa huius interdicti, heredi & ceteris successoribus, (a) in heredem vniuersalem, & bonorum possessorem, ceterosque successores, in factum actio competit, in id quod ad eos peruenit, (b) & quia in ea rei persecutio continetur perpetuo competit, (c) in singularem successorem de iure civili non transit. (d)

(a) l. i. §. hoc interdictum ff. h. t. §. non autem vers. sed heredibus Inst. de perpet. & temporalib. act. (b) l. i. §. ult. l. 3. §. ult. l. 9. in prin. ff. h. t. Ripa in c. sepe nu. 8. de rest. spol. Maran. part. 1. distin. 7. nu. 28. (c) d. l. 3. §. haec actio. (d) d. l. cum a te vi h. t. Glof. in c. sepe & ibi Ripa de rest. spol. Lanfran. in rubr. de caus. poss. & propr. col. 2. Alc. resp. 361. nu. 2. Rob. Maranta de ord. iud. dist. 7. nu. 28. Menoch. h. tract. rem. 1. quaest. 13.

## XXIII.

Porro hoc interdictum etsi iuris infamiam non irroget, (a) quia tamen atrocitatem facinoris in se continet, & de facto apud graues viros famam sugillat. (b) Ideoque liberis in parentes, libertis in patronum, (c) vasallo in dominum feudi, & similes non datur. (d)

(a) l. neque 13. vbi Glof. h. t. (b) l. i. §. interdictum hoc Glof. in d. l. neque h. t. Menoch. d. rem. 1. recup. quaest. 9. num. 9. & quaest. 4. num. 43. (c) d. l. i. §. interdictum hoc. l. 2. l. licet 7. de obseq. par. & patr. praest. (d) V. Vesemb. in parat. h. t. nu. 14. Panorm. & Felin. in c. ceterum, de iud. Carol. Molin. in consuet. Paris tit. 1. §. 1. Glof. 4. nu. 35. Zas. in epit. feud. part. 1. nu. 13. Feudistae in ca. §. si vero de milit. vasallo qui content. est. Menoch. d. loco.

## XXIV.

Minus tamen hodie hoc interdictum frequentatur, cum alia locupletiora remedia tamen iure civili (a) quam iure canonico postmodum sint inuenta. (b)

(a) velati ex l. inuasor, ex l. meminerint, ex l. si quis in tantam, ex l. penult. & ex l. ult. C. vnde vi, quibus annumeratur l. si coloni, C. de agric. & censur. Item l. si. C. de praetor. pig. de quibus late Menoch. in praelud. recup. poss. V. l. reus in iurispr. Rom. lib. 2. c. 21. de interd. (b) V. Vesemb. in parat. ff. h. t. n. 13. post spec. tit. de restit. spol. §. 1. nu. 11. & seq. & Ias. in d. l. si quando C. vnde vi Ripa in c. sepe nu. 1. de restit. spol. Coraf. in d. l. naturaliter, §. nihil

hil commune part. 2. num. 52. Marant. part. 4. dist. 7. num. 28. & seqq. Menoch. in præ lud. recup. poss. nu. 43. & seqq.

### XXV.

*Veluti imploratio officij iudicis, vt fiat restitutio, (a) qua non modo intra annum possessoribus conceditur, vt interdictum vnde vi de eo quod ad violentum possessorem peruenit, (b) sed perpetuo (c) etiam nudis detentoribus, vt colonis, commodatarijs conductoribus & c. (d)*

(a) l. Aquilius 27. de donat. c. cum ad sedem de rest. spol. c. quia ii de iud. c. bonæ de ap. pell. Glof. in l. non tantum, de petit. hered. Spec. de rest. spol. §. 1. Coraf. in l. naturaliter, §. nihil commune nu. 40. de acquir. poss. (b) l. i. in prin. h. t. Menoch. d. rem. nu. 447. & seq. (c) l. sicut, vbi Glof. ad verb. persecutione & Bart. C. pe præscrip. 30. an. V. Ves. in parat. ff. h. t. nu. 13. (d) Glof. in d. l. non tantum, de petit. hered. in d. l. Aquilius ff. de donat. Coraf. d. §. nihil commune part. 2. nu. 55. Castr. in l. rem quæ nobis, ff. de acquir. poss. Menoch. Rem. recup. poss. 17. nu. 21.

### XXVI.

*Eodem modo, cum interdictum vnde vi contra singularem successorem non concedatur, (a) aliud remedium iure canonum introductum est, quod etiam in singularem successorem conceditur. (b)*

(a) d. l. cum à te vi ff. h. t. (b) c. sæpè vbi Panorm. nu. 8. & Ripa nu. 7. de rest. spol. Coraf. in d. §. nihil commune part. 2. nu. 56. Menoch. rem. recup. 16. in prin.

### XXVII.

*Prout etiam amplissimum remedium Canonis reintegranda introductum est, (a) quod indistinctè omnibus vim passis, tam Ecclesiasticis quàm laicis de rebus etiam mobilibus, & quouis modo ablati, (b) sine vlla temporis præfinitione, (c) & aduersus quemlibet etiam bonæ fidei possessorem (d) datur.*

(a) c. reintegranda 3. q. 1. (b) Coraf. in d. §. nihil commune part. 2. num. 68. Marant. de ord. iud. part. 4. dist. 7. num. 58. Ripa in c. sæpè nu. 7. de rest. spol. Ferrar. in form. libelli in caus. spol. poss. ad verb. coram nobis nu. 10. Gail lib. 2. obs. 25. nu. 11. Menoch. 15. Rem. recup. nu. 13. & 193. (c) c. reintegranda 3. q. 1. Imol. in c. sollicitè vers. in glof. fin. de rest. spol. V. Ves. in parat. ff. h. t. in fin. Gabr. lib. 5. com. conclu. concl. §. n. 46. & seq. (d) c. cum Ecclesia 2. q. 2. V. Ves. in parat. d. loco, Bart. in l. rem quæ nobis & ibi Ripa num. 26. ff. de acquir. poss. Marant. d. loco num. 38. Ferrar. d. loco nu. 9. Mynf. cent. 3. obs. 55. Menoch. d. rem. 15. num. 68.

### XXVIII.

*In omni autem recuperandæ possessionis remedio duo sunt ab auctore deducenda, & probanda, vnum vt is qui agit dicat se possessionem, vel quasi, rei de qua est controuersia, habuisse, & alterum, se de possessione ab aduersario eiusve mandato deiectum esse: quo vtroque probato in possessionem actor restituitur. (a)*

(a) iuxta glof. & Dd. in c. olim causam verb. restitutione, de rest. spol. Angel. in §. quadrupli, vers. item dixi in libello Inst. de act. Imol. in d. c. reintegranda. Innocent. in d. c. sæpè, de rest. spol. Mynf. Resp. 28. num. 6. Gail 2. obs. pract. 129. num. 10. & obs. 151. nu. 2. & de Arrest. obs. 5. nu. 9. Schneid. in §. recuperandæ Inst. de interd. Herm. Vult. in iurispr. Rom. lib. 2. c. 21.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K






De legibus S. Teutonicorum





B.I.G.

Farbkarte #13



DISPUTATIO IURIDICA  
**E INTERDI-**  
**TIS RECUPERANDAE**  
POSSESSIONIS, EX TIT. FF. ET C.  
DE VI ET VI ARMATA.

D. O. M. A  
SIDIBVS CLARISS. ET CONSVL.  
VIRIS D. IOANNE MICHAELIS CRONEN-  
o, Dictatore, & D. Ioanne Hollandt, Fisco, SS.  
cent. in celeberrimo, inclytæ Colonienfis apud  
Vbios Academiae Iureconsultorum Colle-  
gio publico propofita à

**THEODORO TREKELIO**  
BREMENSI,  
*recuperata per Christum salutis M. D. XCIII.*  
*XXVIII. Ianuarij.*



COLONIAE AGRIPPINAE Ii  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

88